



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

10 Ad legem Rhodia[m] de iactu, & de quibusdam aliis legibus nauticis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

contrahendi: nam aut nautæ (quod & stabularii receptum est) recipiunt quod cuiusque saluum fore. Et tunc si non restituant, datur actio prætoria ex edicto: nautæ, cauponæ, stabularii, & in eos, qui nauim, cauponam, aut stabulum exercent, ad quos videlicet questus, & reditus nauis, cauponæ, aut stabuli peruenit. Ex eo enim, quod exercent nauim & cauponam, stabulum, videntur polliceri securitatem & custodiam rerum nauigantium, viatorum, & iumentorum: & ideo æquum est ipsos de eorum periculo & damno teneri, quod ibi per se, vel suos datū fuerit: quia necesse est plerumque eorum in fidem sequi, res custodire eorum committere. Nec putet quispiam, ait Vlpianus, aduersus eos grauius hoc constitutum: nam est in ipsorum arbitrio, ne quæ recipiant, d. l. §. nautæ, caupo, id est, liberum eis est, ut non velint cauponam, vel nauim exercere, vel habere stabulum: sed cum semel cauponam habent, non est eis liberum. Nautæ periculo sunt omnes res in nauim misse, assignatæ, & non assignatæ, & eo ipso quod in nauim misse sint, receptæ videntur. Recipit itaque omnium custodiam, quæ in nauem illata sunt, & factum non tantum nautarum, sed etiam vectorum, id est, eorum qui vehuntur exercitor debet, l. 1. §. fin. §. 3. & l. debet, 7. nautæ caupo. Si cur & caupo viatorum, l. 1. eod. tit. P. sed & mercas non receptæ in nauim, quæ in litore perierint, ad periculum eiusdem pertinent, l. 3. §. idem aut nauis, caupo, stab. P.

10 §. Factum est & præstanti exercitores suorum nautarum, & famulorum: quia ipsi eos suo periculo adhiberunt, l. fin. in princ. calpe videlicet nomine, quia tales qui non exerunt, vel damnum fecerant, adhibuerunt: ideo si illi decesserint, non releuantur, d. l. fin. §. hoc autem actione. At distinctio tamen de seruis adhibendis in conde. natione: nam suorum nomine noxali duntaxat tenentur, in solidum pro alienis. Nam cum alienos adhibent, explorare eos oportet, cuius fidei, cuius innocentiæ sint. In suis venia digni sunt, si qualescunque ad instruendam nauim adhibuerunt, d. l. fin. §. seruorum, l. 1. §. serui fuerint aduersus nauis, lib. 47. P. tit. 5. nec tamen in iuribus ad edicto sunt: ne materia daretur, cum furibus aduersus eos, quos recipiunt coeundem, cum ne nunc quidem abstinere ab huiusmodi fraudibus, l. 1. §. 1. nautæ caupo, P. §. Pomponius. Etiam hanc honorariam actionem in dactum esse putat, ut non referretur prætorum agere reprimendam improbitatis huius generis hominum: quamvis actiones ciuiles pro iisdem causis dentur: ut si perierint res nauis, conduxerit, ex locato, si gratis res susceperit, ex deposito: eo quod in locato, & conducto culpa in deposito duntaxat dolus præstat.

11 §. At hoc edicto omnimodo qui cooperit, tenetur, etiam si sine culpa eius res perierit, vel damnum datum est: nisi si quid damno fatali contigerit, vel naufragio, vel vi pyratarum: aut si in stabulo, aut caupona, vis maior contigerit, l. 3. §. sed si tota cum §§. seq. eod. nauis caupo, stab. teneturque de incendio, l. si vendita 11. de peric. rei vind. P. furto, & similibus, l. cum duob. §. 2. §. damno, pro foc. l. nauis, §. si nauis caupo, sta. Et licet gratis nauigaueris, vel in caupona gratis diuerteris, non tamen actiones tibi denegabuntur, si damnum iniuria, l. licet, 6. eod. tit. passus es. Obseruatur tamen in facta actione cauponem teneri, pro his qui habitandi causa in caupona sunt, non etiam pro eo, qui hospitio repentino recipitur, ut viator est, d. l. licet, §. in factis, §. l. 1. §. caupo, aut si, fur. adue. nau. P. si ex maleficio eius agatur per eum commissio: contra si de illatis agatur receptis, glo. in d. l. licet, §. in factum.

12 §. Sic etiam nautæ, vectorum in nauim factum non præstat, quia quemadmodum caupo non potest repellere inter ageates, sic nec nautæ nauigatos, seu vehendos eligere vel reicere potest, d. l. 1. §. si fur. adue. nau. P. In electione autem est eius, qui furtum passus est in nauim, caupona, aut stabulo experiri actione honoraria aduersus nautam, cauponem, aut stabularium: aut ciuili contra furem, d. l. 1. §. si fur. aduersus nauim, P. l. pon. §. postumus nauis, cauponis, d. 3. §. fin. eod. tit. in l. fin. §. si em si prædixerit, nauis, caupo, sta. P. art.

13 §. Excipit Vlpianus casum, ut si prædixerit nautæ, caupo, stabularius, ut vauquique vectorum, aut viatorum res suas seruet, neque damnum se præstituram, & consenserint vectores prædictioni, ut tunc non conueniantur, l. itaq. §. 2. de adil. edict. in P. Itē si extra nauim damnum datum sit, d. l. fin. in princ. & §. si damnum sibi nauis dederint, non tenentur exercitor, eod. d. l. fin. §. hoc actio, 4. si extra negotium quod gerendum susceperint, nauis, caupo, stabularius, aliquid susceperint, non tenentur dominus, aut qui præposuit, l. 3. §. eo modo, nauis, caupo, stab.

14 §. Actio edicti nauis, cauponis, stabularii, &c. rei perfectionem, ut Pomponius ait, cōtinet, & ideo heredi & in heredem,

& perpetuo datur, l. 2. §. hoc autem actio nauis, caupo, P. Et in dupli, l. fin. §. hoc actio, hoc duplum omne, panam glo. in rubr. nauis, caupo, sta. utpote ex quasi maleficio, quando datur ob furtum, vel damnum admissum a præpositis contra præponentem, utpote quod a suspicio ne maleficio alienus non sit, qui maleficus præpoluit, §. penult. de oblig. qua ex qua delict. Verum tamen in quantum pœnalis est, & extra rerum perfectionem in heredem non datur, l. fin. hoc iudicia, nauis, caupo, sta. P. Si plures nauem exercent, vauquique pro parte, qua nauem exercet conuenitur, d. l. fin. si plures. Quod tamen verum tantum est, in hac formula nauis, cauponis, &c. dum de receptione rerum per has personas, & postea de earum amissionem queritur. §. Ac paulo aliter in alia formula dicitur 16 exercitorie actionis: in qua agitur de contractu inito cum præposito, vel magistro nauis: in qua si plures nauem exercent, cum quolibet eorum in solidum agi potest, l. 1. §. fin. §. l. 2. §. l. si tamen, 4. de exerc. actio. P. remanente tamen facultate soluenti, agendi contra alios iudicio societatis, l. 3. eod. daturque heredibus, & in heredes, & perpetuo, l. si tamen 4. §. fin. eod. tit. Est autem electio actoris, qui contraxit cum magistro nauis, num contra magistrum, seu institutorem, an contra exercitorem velit ex persona magistri agere: ita tamen, ut electione facta vnius, ad alium non possit redire, l. 1. §. est autem nobis, §. §. hoc actio, eod. tit.

17 §. Potest etiam tamen ueri exercitor contra factum magistrum, si is momentum cui præpositus fuit egressus est, l. 1. §. igitur præpositis, §. §. sed et si certis, de exerc. actio. P. & si in aliam rem, quam esset præpositus mutuatum est, in d. l. 1. §. non autem, §. l. fin. eod. tit. Verum tamen non ideo creditor onerandus probatione est, quod pecunia mutuata sit erogata in rem, cui infitor vel magister fuit præpositus: sed sufficit exigere, ut sciat in hoc se credere, cui rei magister sit præpositus: & in eo aliquam diligentiam creditor debet præstare contrahendo cum infitore, ut sciat infitorem in eo quod contrahit præpositum, & ne mutet amplius, quam necessarium sit rei: non enim illud quod supra necessitatem negotii commissi impenderet, & mutaret, repetere ab exercitore, vel domino postet, d. l. fin. quamuis recte cum infitore vel magistro, ex eo quod cum eo contraxit agere postet, l. si cum, §. si item si seruus, eod. §. Diueria est quoque ratio in eo quod exercitor tenetur solum 19 de contractu facto cum præposito, seu magistro nauis: non autem de contractu facto cum nauis seu remigibus: quamquam ex delicto & culpa eius eorum, qui nauis nauigandæ causa in nauim sunt, datur actio in exercitorem. Alia enim est contrahendi causa, alia delinquendi. Siquidem qui magistrum præponit, contrahi cura eo, permittit; qui nauis habet, non contrahi cum eis, permittit, sed culpa & dolo carere eos curare debet, l. 1. §. sed si cum, quolibet nauarum, de exercit. actio. Estque naualis lex ea de re Iustitiani hæc, si nauis nesci ante tōn συναρταγεύτων τὸν ναυτὸν ἐξ ἐνέργειας, ἀλλὰ δὲ τὸν ἀναρταγεύτων ἐνέργειας, id est, Nauicleris, ex contractibus nauarum non obligantur, ex delictis tamen eorum, qui nauis nauigandæ causa in nauim sunt tenentur, in legib. Græcis Justiniana.

16 §. Funis istius actionis, ut ceterarum est, ut tuta sint ab omnidamno nauigantium, ut in edicto nauis, cauponis, stabularii, viatorum res. §. Ac tunc cur exercitor tenetur de nauis, & magistro, & 21 cauponis, & stabularii de præpositis & seruis suis, iam ratio tradita est, quod participes videantur scelerum, qui tales præposuerunt, §. fin. de oblig. qua ex quasi de. Alia necessitas, quæ sæpe nauigare urget, & quia locus, nec tempus patitur deliberandi consilium, & ita cum ignari interdum cuius sint conditionis, vel quales sint magistri propter necessitatem nauigandi, cum illis contrahamus, æquum fuit eum, qui magistrum nauim præposuit teneri, l. 1. de exerc. actio, alioquin contrahentes deciperentur, d. l. 1. §. magistrum autem. Quo fit, ut ex contrario nauem exercenti, aduersus eos qui cum magistro contraxerunt, actione prætor eandem non polliceatur: quia non eodem auxilio indigeant, l. 1. §. sed ex contrario, eod. tit. sed datur in eos alia actio, mandati cessione facta actionum a magistro exercitori, l. si eum qui, §. eo, tit. quod tamen diuersum est in institoria actione, l. 1. §. si, §. l. 2. de inst. act. P.

Ad legem Rhodiam de factu, & de quibusdam aliis legibus nauticis.

CAP. 10. Tit. 2. Lib. 14. P. Wesm. Meyer.

- 1 Rhodienses leges unde dicta.
- 2 Nauales leges portus locorum, quam communes sequende.
- 3 Nauales leges de rebus nauigationis qua.



est. *fulsum ad leg. Aquil. qui in fulsum §. qui in fulsum loca. P. meminit de modulatione.* non enim ad iudicium, si te ignorare dicant post damnum acceptum calculi in modulationis nautis, id est, quate mensura & capacitatis esset. *l. cum nauariorum. 3. 1. de nauiculariis in C. Theod. lib. 13. tit. 5.* Sic enim olim in modiorum numero amplior oneris nautis mensurabatur, vel ex culis, ut hodie ex d. J. l. s. seu conellis, *l. ubi nautis nullam, 10. de sacrosan. eccl. l. 2. de nauib. non excusa. lib. 11. tit. 7.* Et mandatum erat, nauicularie functioni obnoxios, ad necessarium, & constitutum modum adificare nauis. *l. 15. prouideatur, 18. de nauiculariis lib. 13. Theodosia.* Item in culpa effe videatur: nautis & magister, si adueria tempestate nauem dereliquerint: nam & eadem culpa ceteri vectores patiuntur, ea lege, quam refert Cicero, *Lex est, inquit, de Inuentio, qui in aduersa tempestate nauem dereliquerint: omnia amittunt: eorum nauis & onerata sunt, qui in nauem remiserunt.* ¶ Sicut et alia sunt iustitia: quibus & status & doli nauariorum, & imperitia, & culpa iacturam, & iacturam in magistris recte solos retorquet. At quando his cessantibus, casu fortuito, vel superiori vi & tempestate exoneranda nauis est, iustitiam non est, ut qui in eadem nauem periclitatur magister damnum omne subeat: proinde contributio facienda est, habita ratione rerum, & personarum. ¶ Nam, si laborante nauem, conferuatis merobis deterior facta sit nauis, aut si quid exarmanuerit, nulla facie ida est collatio: pro his enim mercedem capit magister, non fecus, quam si faber incudem aut malleum non fregerit, non imputatur ei, qui locauit opus. Nisi uoluntate uectorum, uel propter aliquem metum hoc detrimentum in factum est: hoc enim facit oportet. *l. 2. §. si conferuatis, 3. ad leg. Rhod. de iact. l. amissa, §. si in eo in legib. Rhodien. lib. 136.* Oportet autem omnes qui re nauerunt, iacturam in nauem, quorum interfectur iacturam fieri, conferre qui res habent, cuiusque ue potuerit, maioris vel minoris sint, pro rerum pretio, corporum, liberorum excepta estimatione, que in illa sit, ut & domus etiam nauis pro portione sit obligata. *l. 3. §. cum in eadem nauem, ad leg. Rhod. de iact. l. 4. Rhodien. tit. 1.* portione mensurata pro estimatione rerum, quae sine sunt, & earum quae amisse sunt, obseruato & eo, ut in estimatione facienda rerum amissarum habeatur ratio damni, non luti, id est, ab imentur quanti emte sunt, non quantum uendi potuissent. At in his rebus, quarum nomine conferendum est, estimatio haberi debet, non quantum emte sunt, sed quanti uenire possunt. *l. 1. §. portio, 3. §. seg.* Non computatur inter iacturam ferat, qui se precipitauerit, qui in morbo interierit, *d. l. 2. §. seruorum, uectres, quae postquam iam iactae sunt apparuerunt:* haec enim exonerata est iacturam, & qui in eadem non uine exactum est, repetitur, *d. l. 2. §. 1. res rami in iacta domini manet, nec pro derelicta habetur. d. l. 2. §. si in aquileu. 10. §. si dererum diuis.* Si tamen res quae remanuerint, deterioris factae sunt, estimanda sunt secundum praesens pretium, ne in contributionem, ut meliores ueniant, *l. nauis, 4. §. cum autem, 3. §. final. ad leg. Rhod. de iact.* Est & hic annexenda Callistrati suis uerbis decisio. Sed si nauis, inquit, que in tempestate iactu mercium uisus merca oris leuata est, in alio loco submersa est, & aliquorum mercatorum merces per uiranos extracta sunt, data mercede rationem haberi debere eius, cuius merces in nauigatione leuata nauis iacta sunt, ab his qui postea suas per uiranos seruauerunt. Sabinus aequae respondit. Eorum uero, qui ita seruauerint, in uicem rationem haberi non debere, ab eo qui in nauigatione iactam fecit, si quae dam ex his merobis per uiranos extractae sunt. Eorum enim merces non possunt uideri seruandae nauis causa, quae perierit. *d. l. 4. §. sed si nauis eo.* Neque nauis amissa da unum collatiois contortio facitur, per eos qui merces suas ex nauis agio liberauerint, *l. amissa, §. eod.* Et cum depreffa, aut delecta nauis est, quod quisque ex ea suum tenuerit, sibi seruare respondit Paulus, tanquam in extincio, *l. cum de preffa, §. eod. ad leg. Rhod. de iact.* uidelet, ut nauis nauifraga non teneatur ad contributionem. ¶ Sic et si quisque suum periculum sentiet: immunis erit quoque: apud magister si casus sit fortuitus, & si sine culpa & dolo suo nauis emittitur, ut ait Labeo, fecerit, in l. si §. idem dicemus, ad leg. Rhod. de iact. P. Optime autem Ulpianus notat, ut si nauis impacta in nauem, uel in scapham alterius, damnum dederit, distingendum ex Proculo: si in p. restet nauem nauis fuisse: ne id accideret, & culpa eorum factum sit, & tunc teneri ex lege Aquilia aduersum nauas: sed si fuisset rupto, aut cum a nemine cegetur nauis in extruere domum agendum non esse. *l. quem admodum, 19. §. si nauis, ad leg. Aquil. P.* Item Labeo scribit, si cum ueniat nauis in ipsa esse, in fane anchorarum alterius, & nauis fane praedictae, si nullo alio modo, nisi praecisus fuerit

explicare se potuerint, nullam actionem dandam, *d. l. quem admodum, §. item Labeo.* Si autem nauis alteram contra se uenientem obruisset, aut in gubernatore, aut in ductorem actionem competere damni iniuria, Alphenus ait: nisi tanta vis fuit nauis, quae temperari non potuit: quia tunc nulla in dominum danda actio. Si culpa nauarum fiat, Aquilia sufficit. Sed si funem quis, quo religata erat nauis, praeciderit, in factum actio erit. *d. l. quem admodum, §. si nauis alteram, 3. §. seg.* In lege Rhodia, *l. 36. Rhodien. naualib.* si nauigium passis, uelis prouectum, in aliud nauigium in statione agens, aut uela dimittens interdum incurrit omne damnum collisionis naucleris, & uectores rescare iubentur. Si non ita acciderit, qui uela subduxerit, ignem accendere debere: aut si non habeat ignem, clamorem edere. Et si his neglectis damnum ei inferre contigerit, hinc per testes probatis, exitus sibi esse causam, & indemnem aliam esse nauem. ¶ Veniant et in contributione nauis res nauarum, & uectorum, si pecunia uel res aliae damnum ei indiciantur ab hostibus, aut latronibus, aut ab exercitu publico, ex lege Rhodia, *in l. 9. legum Rhodiorum.* At Scaevus, Officiis, & Labeo, si nauis quidem a pyratibus redempta sit, omnes quidem conferre debere aiunt. Quod uero praedones abstulerint, eum perdere, cuius fuerit: nec conferendum eis, qui suas merces redemerint. *l. 2. §. si nauis, ad leg. Rhod. de iact.* ¶ Iulianus quoque, nisi aduersa tempestate depreffa, iactu fulminis deiectis armamentis, & arbore, & antena, quae onus integrum retulit, non teneri eos, quorum onus fuit nauis, pro damno conferre respondit. Quia hic sumtus infertenda magis nauis, quam seruandorum mercium gratia factus sit. *l. nauis, 6. eo. tit. ad leg. Rhod. de iact.* Exstat iudicium nauticum huius seculi, ut si magister nauis impericia in agenda nauis erret, & ea ratione deterior fiat, mercatoribus damno inde affectis, teneatur damnum rescare, si soluendū sit: si autem non sit, capite plecti debet: si prius constiterit eum non esse soluendo, *au liure du grand Roturier & pilotage de Pierre Garcia aux iugementz. D'olleron tou chant les faitz des nauires.*

Aliae leges nauales circa Personas.

CAP. II.

- 1 Nauigantium tres species.
- 2 Nauis tenetur de damno, si inuitis uectoribus in locum periculosum nauem deduxerit.
- 3 Nauis pernoctans extra nauem de damno adueniente mercibus tenetur.
- 4 Nauarum merces & uictus. Unum naua non semper bibunt. eod.
- 5 Nauigantium nauis, quantum spatii occupare debet.
- 6 In nauis non licet piscem fringere, uel lignum findere.
- 7 Nauicae quaestiones quadam.
- 8 Fata in nauis facta ut plectantur.
- 9 Nauarum in nauis contententium, & contumeliam inferentium puniunt.
- 10 Inuenta in mari cuius sint.
- 11 Nauigationis mora quando nauis non imputatur.

Tria sunt genera personarum nauigantium, nempe magistrorum, nauarum seu remigum, & uectorum, qui uel mercatores, uel uiatores sunt. De exercitore, nauclero, & nauis factis in exercitotia dictum est. ¶ In legibus Rhodiis, *l. 4. si nauicularius in locum fartis obnoxium, aut latronibus infestum applicuerit, uectoribus testato ei loci uitium denunciantibus, furto facto, ad rerum ablatarum restitutionem naucleris adstringitur.* Si uero nauclero praedicente, uectores eo nauem appulerint, de damno, quod ibi acciderit, ipsi tenentur.

¶ Alia §. 26. *ἐὰν πῶς τῶν ναυτῶν, ἢ ναυκλῆρος ἐπισηνῶν, ἢ ἐν τῷ πλοίῳ, ἢ ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς ναυτικῆς τῷ πλοίῳ νηλῆς, ἢ ἡμέρας, πῶς τῷ ἐπισηνῶν ἐπαρῶν τῶν ἐξ αὐτῶν ναυτικῶν ἢ ναυκλῆρος, τῶν δὲ εἰς τὸ πλοῖον μεταναυτικῶν ἀφῆκῶν μὲν, τῶν δὲ ἀμεληθῶν, ἀπεσοῦν τῶν δαπάνῶν τῷ πλοίῳ τῷ διὰ τῆς ἀμελείας αὐτῶν ἀποζημιωθῆναι ἔσται, id est, si quo nauarum aut nauclero extra nauem dormiente, nauis in iactura noctu aut interdum acciderit, omne damnum nauis atq; naucleris extra nauem dormientes praestant. Qui uero in nauigio manserint, indemnem sunt. Qui autem negligentes, aut otiosos inuenta fuerint, omne, quod per negligentiam illorum damnum illatum est, magistro nauis pendunt.*

¶ De iurisdictionibus personarum nauis, ut naucleri, gubernatoris, proteret, naufragi, carabitar, tractant leges nauales Iustiniani sex priores, quas non refero, cum mercedes ex conuptione ferre, uel ex regionum consuetudine constituantur, sicut quae ad vi-

